



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

viiij An faciens transposit[i]onem verbo[rum] consecret

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**



## Octauum

**Solo.** Si ea diceret cum intentione consecrandi tunc consecraret. sed grauius peccaret faciens contra ordinem ecclesie. unde in nullo caso hoc faciendum est.

**iiij** **Utrum** sacerdos consecraret si predicta verba vel aliqua eorum mutaret quantum ad ideoma. proferendo. scilicet in alio ideomate.

**Solo.** Si per hoc intendere inducere heresim vel errorem in ecclesia et formam ecclesie abijcere tanquam inutile vel inefficace et suam introducere quasi magis sufficientem et efficacioris non consecraret. quia deficeret in intentione requisita ad consecrandum. Si vero nullum predictorum intendere sed consecraret secundum intentionem ecclesie. tunc bene consecraret sed grauius peccaret ritum et ecclesie institutionem non obseruans.

**v** **Utrum** sacerdos si addat aliquam aliam phrasem ad predictam formam consecree si per tale additorem mutetur significatio phrasum vel sensus orationis ita quod distrahant a propria significatione vel sensu non fit consecratio. Si vero remaneat significatio et sensus fit consecratio. sed scienter sic faciens grauius peccat ratione ut supra. Si tamen interponeretur multa verba impertinentia per que solueretur continuitas orationis tunc non fieret consecratio.

**vi** **Utrum** sacerdos subtrahens vel diminuens aliquid de predicta forma consecret.

**Solo.** Si subtrahat aliquod quattuor verborum que sunt de substantia forme non fit consecratio. Si vero subtrahat vel omitat aliquam syllabam vel litteram ex cuius subtractione non impeditur significatio vel sensus licet aut potest contingere in ultima syllaba vel littera dictionis tunc consecrat diligenter tamen cauendum est ne hoc fiat. Si autem formidat quod impeditur dicitur significatio vel sensus tutius est ut forma a principio repetat.

**vii** **Utrum** incongrue proferens verba consecrationis ex imperitia lingue vel inaduertentia vel alio huiusmodi consecret.

**Solo.** Si ex incongruitate non impediatur significatio verborum vel sensus orationis quin verus sensus forme consecrationis capiatur fit consecratio. scienter tamen hoc faciens grauius peccat. ratione superius expressa.

**viii** **Utrum** sacerdos faciens transpositionem phrasum consecrationis consecret.

**Solo.** Sola transpositio phrasum non impedit consecrationem. sed tamen fieri non debet. Si autem cum hoc varietur sensus. tunc non fiet consecratio. ut si interrogatiue diceret. est hoc corpus meum. Aduertendum tamen circa dictas variationes ubi dictum est quod non impediunt consecrationem hoc verum esse nisi quis proleas intendere inducere heresim vel errorem. prout tacitum est in solutione quarti dubij precedentis.

**ix** **Utrum** sacerdos faciens interuallum in prolatione verborum consecret.

**Solo.** Si paruum faciat interuallum. ut puta si spuat vel tussiat vel aliud huiusmodi faciat non impedit consecratio. Si vero magnum faciat interuallum. ut si postquam dixerit (hoc est) dormiat vel aliud faciat per quod primitas orationis soluat non consecrat.

**x** **Quid** agendum sit si sacerdos non recolat se dixisse verba consecrationis vel alia que in celebratione huius sacramenti dici debent.

D ij

Dubij